

severe eos punire ac privare officio. Posse tamen eundem ordinariū carceribus mancipare ad superiorum dispositionem retinendos, subcollectores deprehensos in fragranti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem carceratione, dummodo statim de carceratione nuntium certioret.

(35. Item administratores locorum priorum in subcollectores deputatos subesse ordinario quoad redditionem rationum administrationis; nec posse subcollectores a casibus episcopo reservatis absolvi absque illius licentia, et nullum inquisitum posse a nuntio in subcollectorem deputari, nisi de ejus absolute constiterit.

(36. Ut autem sciant ordinarii quos in subcollectores aut commissarios debeant recognoscere, declaravit subcollectores teneri ostendere ordinario suas commissiones antequam illas exsequantur; commissarios vero particulares teneri, vel per litteras patentes, vel privatas sui superioris, aut alio modo certiorare ordinariū de demandata jurisdictione.

(37. Demum quatenus supradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non observentur, sacra congregatio voluit, incumbere locorum ordinariis, ut pro eorum zelo ac pastoralī sollicitudine quæcunque secus audiverint, huic S. Sedi fideliter referant pro opportuna provisione obtinenda.

(38. Et die 13 ejusdem, facta de præmissis omnibus relatione eidem sanctissimo D. N. Innocentio XI, Sanctitas Sua declaravit præcitatam constitutionem fel. recordat. Urbani VIII esse intelligendam juxta prædictam sacræ congregationis sententiam, et præsens decretum, omniaque, et singula in eo contenta approbavit, et confirmavit, et inconcussa ac inviolabiliter observari, et exsequi mandavit, salva tamen semper ejusdem sacræ congregationis auctoritate, omniaque, et singula præfata declarandi, moderandi, et ampliandi, et in totum vel in parte annullandi et interpretandi.

(39. Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præsentī decreto, restricto ad collectores et subcollectores spoliū regni Neapolitani, per nuntium Apostolicum deputatos sive deputandos, derogatum sive præjudicatum minime censeatur reservationibus, et affectionibus beneficiorum eorundem collectorum, et subcollectorum resultantibus ex regulis Cancellariæ Apostolicæ.

Ita reperitur in registro S. C. C. et in fidem, etc.

PROSPER archiep. Theodosiæ, secr.

(40. Sequuntur aliquæ supra relati decreti declarationes, seu additiones, emanatæ a congregatione particulari, deputata in concilio Romano a SS. D. Nostro sub die 13 Maii 1725.

Primo quod in hac parte, scilicet in § *Et quod majoris momenti*, in quo decretum ejusdem congregationis Concilii loquitur de subcollectoribus, qui obtinuerunt postmo-

dum parochias, vel præbendam theologalem seu pœnitentialem, ampliatur decretum ipsum, et eidem addatur, prout nova hac declaratione additur, quod tunc subcollectorum officia illico cessent, et thesaurarius, vel nuntius Apostolicus alium deputare teneatur.

(41. Secundo non posse *Thesaurarium generalem* et nuntios in quacunque diœcesi, etiam extra statum ecclesiasticum, litteras patentes subcollectoribus in futurum concedere, nisi eis attestatio exhibeatur curiæ episcopalis, in qua de ipsorum bona vita et moribus, ac eosdem nec inquisitos nec processatos esse, testimonium feratur, quam attestationem et thesaurarius, et nuntius in actis conservare teneantur; alias patentes litteræ quorumcunque alio modo concessæ et expeditæ, nullæ sint et invalidæ; ita ut contra istos procedere possit episcopus ordinarius.

F. A. archiep. episc. Abellinen. et Frequentin. Concil. secr.

(42. Subcollector non nisi unus pro qualibet diœcesi deputari potest, et si plures deputentur, quamvis unus dicatur deputatus pro diœcesi, alter pro loco exempto intra diœcesim existente, hic postremus nulla gaudet exemptione. Cum enim in diœcesi Bituntina tres olim reperirentur subcollectores, unus videlicet pro ipsa civitate et diœcesi Bituntina, alter pro abbatia *Nullius Fasani*, et tertius pro loco *Nullius Rutiliani*, et episcopus Bituntinus die 14 Maii 1587 a sacra congregat. Concil. quæsvissit, « An subcollectores deputati pro jurisdictione Fasani, et Rutiliani, et commorantes Bitunti, aliqua in dicto loco gauderent exemptione? » Responsum fuit, « non gaudere et episcopum procedere posse in futurum; » uti habetur lib. XLVII *Decret.*, fol. 285. Atque episcopo Caputaquensi similem quæstionem proponenti in congregatione habita die 14 Mart. 1729 rescriptum fuit, ut servaretur prædictum decretum editum in Bituntina. Sic Benedictus XIV, qui tunc temporis erat secretarius ejusdem congregationis, *De synodo diœcesana* lib. III, cap. 8, n. 7, et reperitur in tom. II *Thesaur. resolution.* dicti anni.

(43. Subcollectores tenentur interesse synodo diœcesanæ, processionibus et visitationi, solvere cathedraticum et subsidium charitativum. Sacra Congr. Concil. 21 Mart. 1614 et 27 Februar. 1677, in supra allato decreto approbato ab Innocentio XI. Non annumerantur Sedis Apostolicæ officialibus, de quibus loquitur textus in cap. *Matthæus*, De hæreticis, et in c. *Divina in eminenti*, De privilegiis, inter Extravagant. *Commun.* Sic expresse declaravit sacra Congr. Concil. die 26 Martii 1682 quæ ad dubium: « An subcollectores spoliū pro R. Camera Apostolica recenseri debeant inter officiales, de quibus loquuntur ipsæ Extravagantes ad effectum præmissum? » Respondit *Negative*, et die 20 Junii ejusdem anni, perstitit in *decisis*, sicuti etiam respondit de protonotariis

non participantibus. Veri enim officiales Sedis Apostolicæ, de quibus loquuntur citati textus, altioris sunt gradus, atque ad graviora procuranda negotia destinati, ut scite d. Benedict. XIV, aliis allegatis, *loc. cit.*, n. 8.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(44. Deputantur subcollectores spoliū, vel a nuntiis Apostolicis, ut ex constitu-

SUBDIACONUS.

Vide verb. ORDO, art. 1, a n. 40 ad 42.

SUBORNATIO.

Vide verb. POENA, art. 1, n. 208, 209.

SUBREPTIO.

Vide verb. RESCRIPTUM, a n. 27 ad 33.

SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

SUMMARIUM.

1. Subsidium charitativum quare sic appelletur. — 2. Subsidium charitativum quid sit? — 3. Subsidium charitativum ex manifesta et rationabili causa, præter Papam, possunt in suis diœcesibus exigere episcopi, archiepiscopi, primates, patriarchæ, etc. — 4. Subsidium charitativum exigere potest episcopus electus et confirmatus, licet nondum consecratus. — 5. Administrator seu coadjutor datus episcopo per Papam, vel ecclesiæ cathedrali vacanti, potest a subditis illius ecclesiæ exigere charitativum subsidium. — 6. Capitulum, sede episcopali vacante, potest exigere charitativum subsidium. — 7. Cardinales illud exigere possunt in ecclesiis suorum titularum. — 8. Legatus Papæ illud exigere potest ab ecclesiis provinciarum sibi delegatarum. — 9. Generalis totius ordinis Regularis potest illud exigere a monasteriis sui ordinis pro sumptibus necessariis ad gubernationem ordinis, si aliunde non habeat bona sufficientia ad id destinata. — 10. Commendatarius perpetuus ecclesiæ cathedralis potest illud exigere ab ecclesiis subjectis. — 11. Prælati episcopo inferiores an illud exigere possint? — 12. Vicarius generalis episcopi illud exigere nequit, nisi de speciali mandato episcopi. — 13. Patriarchæ, primates et archiepiscopi nequeunt illud exigere in diœcesibus suorum suffraganeorum, nisi id eis alicubi competeret ex legitima consuetudine. — 14. Episcopi alique supradicti possunt etiam per censuras compellere ad illud sibi præstandum clericos renuentes. — 15. Ad hoc ut episcopus vel alius possit illud exigere, debet intervenire manifesta et rationabilis causa necessitatis. — 16. Quæ dicatur manifesta et rationabilis causa necessitatis, relinquatur arbitrio episcopi una cum consensu, vel saltem consilio capituli quod episcopus tenetur requirere. — 17. Quid agendum? Si dubium et controversia sit inter capitulum et episcopum, an subsit sufficiens causa illud exigendi, vel quantitas petita sit nimia et excessiva. — 18. Assignantur in specie rationabiles et manifestæ causæ sufficientes ad illud exigendum. — 19. Prædictæ tamen causæ sunt solummodo sufficientes in casu, quo episcopi redditus ad satisfaciendum eis non sufficiant. — 20. Episcopus enim, qui habet congruam pinguem, quæ excedat taxam a concilio præscriptam, non potest illud exigere. — 21. Quantitas subsidii charitativi, cum non sit a jure definita, determinari potest, et debet ab episcopo cum consilio capituli juxta exigentiam circumstantiarum necessitatis, expensarum, reddituum et hujus-

tionem Gregorii XIII, in ordine 26, tom. II; et Urbani VIII, 147, tom. IV, vel a cardinali camerario et a thesaurario generali, juxta Constit. ejusdem Urbani 190; § 5 et Alexandri VIII, 190, § 11, tom. VI.

(45. In subcollectores autem non possunt deputari, nisi ii, qui de legitimo matrimonio nati sunt, ut rescripsit sac. Congr. Concilii interpres in *Bituntina* 4 Maii 1697.

modi. — 22. Debet tamen ab episcopo semper taxari et exigi subsidium moderatum. — 23. Hodie tamen debet servari taxa solita exigi a quadraginta annis retro. — 24. Et ad subsidii contributionem majorem solito nullus cogi debet. — 25. Nec subsidium charitativum debet excedere expensas factas in Bullis expediendis. — 26. De jure communi non tantum semel, sed etiam pluries potest illud exigi. — 27. Jure tamen novo taxæ Innocentianæ exigi potest solum unica vice in primo ingressu episcopi. — 28. Nec potest exigi ubi id non est solitum. — 29. Ad solvendum subsidium charitativum tenentur soli clerici beneficiati, et minime clerici beneficio carentes, et laici. — 30. Affertur et solvitur instantia. — 31. Ad illud solvendum tenentur non solum simplices clerici beneficiati, sed etiam canonici omnes etiam cathedralis. — 32. Non tenentur tamen canonici solvere tale subsidium de distributionibus quotidianis, et de oblationibus, et mortuariis. — 33. Hospitalia, si titulum beneficii habeant, aut fundatasint auctoritate ordinarii, quamvis non habeant titulum beneficii, tenentur illud solvere. — 34. Monasteria et eorum ecclesiæ regulares non tenentur solvere subsidium charitativum. — 35. A monialibus non potest episcopus aliquid subsidii charitativi nomine exigere aut recipere. — 36. Tenentur tamen monasteria regularia illud solvere ratione secularium, si quas tales habent. — 37. Clerici beneficiati pauperes non tenentur illud solvere. — 38. Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum vicarii non tenentur illud solvere. — 39. Cardinales non tenentur illud solvere pro suis beneficiis. — 40. Tenentur tamen illud solvere eorum familiares et alii curiales, etiam Papæ familiares, nisi aliter sit legitima consuetudine introductum. — 41. Successor in beneficiis compelli potest ad solvendum illud quod ejus antecessor non solvit. — 42. Clericus beneficiatus habitans in una diœcesi et habens beneficium in alia, tenetur illud solvere soli illi episcopo, in cujus diœcesi habet beneficium. — 43. Et si beneficium, seu ecclesia beneficalis, sita sit in una diœcesi et habeat prædia seu redditus in alia, tenetur illud solvere episcopo diœcesis suæ ecclesiæ. — 44. Quid, si ecclesia sit in confinio duarum diœcesum, et dubium sit cui episcopo competant jura episcopalia et collatio in dicta ecclesia? — 45. Pensionarius et rector beneficii quomodo, quando et ubi illud solvere debeant? — 46. Ecclesiæ pleno jure exemptæ non tenentur illud solvere; limitatur tamen conclusio in duobus casibus, qui assignantur. — 47. Alia ad rem ad n. 52.

(1. Subsidium charitativum, id est charitatis auxilium, sic appellatur, quia a principio ex charitate peti debet, et non violenter extorqueri. Arg. cap. *Conquerente* 16, De offic. ordinarii, et cap. *Cum apostolus* 6, et cap. *Cum part.* 18, de censib. Et dicitur subsidium, quia in subsidium peti debet, nempe quando facultates episcopi non sufficient ad satisfacienda onera, ad exemplum subsidiariae actionis, ideo sic dictae, quia datur quando deficit propria et specialis actio, ut in § final. Instit. *Ad legem Aquil.* et in § final. ubi Glossa Institut. *De interd.*: Bellencin., tractat. *De charitativo subsidio*, qu. 14. Barbosa, *De offic. et potest. episcop.*, part. III, allegat. 87, n. 2; Ventriglia, *Prax. rer. notabil.*, part. II, adnotat. 25, § 1, 2, et alii passim.

(2. Subsidium charitativum igitur est exactio eius pensio extraordinaria, quam praelati ecclesiastici, et praesertim episcopi, ex manifesta ac rationabili causa a suis subditis in subsidium exigunt. Sic in re Communis; atque desumitur ex cap. *Cum apostolus* 6, De censibus, § *Prohibemus*; ibi: «Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quae aliquoties superveniunt, ut si manifesta ac rationabilis causa exstiterit cum charitate moderatum ab eis valeat auxilium postulare.»

(3. Charitativum subsidium ex manifesta et rationabili causa, praeter Summum Pontificem, de quo nemo dubitat, possunt in suis diocesis exigere episcopi, ac iis superiores, ut archiepiscopi, primates, patriarchae, etc. *Communis*, arg. c. *Conquerente* 16, ad fidem de offic. ordinarii, cap. *Cum apostolus* 6, § *Prohibemus*, De censibus.

(4. Charitativum subsidium exigere potest episcopus electus et confirmatus, licet non consecratus. Arg. cit. cap. *Conquerente* 16, De offic. ordinarii; hoc enim est jurisdictionis et non ordinis. Bellencin., *loc. cit.*, q. 9; Barbosa, *loc. cit.*, n. 8; Azorius, *Instit. moral.*, part. II, l. XII, cap. 14, q. 5, alii.

(5. Administrator seu coadjutor datus episcopo per Papam vel ecclesiae cathedrali vacanti, potest a subditis illius ecclesiae exigere charitativum subsidium, per text. cap. *Is cui*, De election. in 6; et cap. *Ultimo in fine*, De supplenda negligentia Praelator.; Bellencin., *loc. cit.*, qu. 8; Barbosa, *loc. cit.*, n. 10; Ventriglia, *loc. cit.*, q. 8.

(6. Capitulum, sede episcopali vacante, potest charitativum subsidium exigere. Glossa, verb. *Aliunde*, in c. *Puniente*. Ad haec, de election. in 6, ubi Joann. monachus et archidiaconus, Bellencin., *loc. cit.*, q. 7; Azorius, *loc. cit.*, q. 12; Bellet., *Disquisit. cleric.*, part. I, tit. De clerico debitore, § 12, n. 38; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 31.

(7. Cardinales in ecclesiis suorum titulorum charitativum subsidium exigere possunt; ipsi enim in ecclesiis suorum titulorum jurisdictionem habent de jure communi et episcopalia jura obtinent. Cap. *Querelam*, De electione. Et sic tenent Joann. monachus, in cap. 1 *De majorat. et obedient.*;

Diana, part. V, tract. 2, *De potest. et privileg. S. R. E. cardinal.*, resolut. 53; Bellencin., *loc. cit.*, q. 3; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 20; Azorius, *loc. cit.*, qu. 5, vers. *Queres*; Barbosa, *loc. cit.*, n. 15, et alii ibi allegati.

(8. Legatus Papae habet jus exigendi charitativum subsidium ab ecclesiis provinciae sibi delegatae; ipse enim in provincia sibi delegata omnia libere et immediate potest, quae quilibet ordinarius jure seu consuetudine potest in sua diocesi, adeoque sicuti episcopus in sua diocesi, potest ipse in sua provincia charitativum subsidium exigere. Bellencin., *loc. cit.*, qu. 12; Azorius, *loc. cit.*, qu. 5, § *Sed quid dicendum*; Barbosa, *loc. cit.*, n. 16.

(9. Generalis totius ordinis regularis potest exigere subsidium charitativum a monasteriis sui ordinis pro sumptibus necessariis ad gubernationem ordinis, si aliunde non habeat bona sufficientia ad hoc destinata. Barbosa, *loc. cit.*, n. 19. Tamburin., *De jur. abbat.*, tom. III, disp. 10, qu. 2, num. 2; Ventriglia, *loc. cit.*, num. 25, et alii.

(10. Commendatarius perpetuus ecclesiae cathedralis potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis sibi subjectis. Sic Bellencin., *loc. cit.*, qu. 6; Azorius, *loc. cit.*, qu. 5, verb. *Commendatarius*; Barbosa, *loc. cit.*, n. 21, et alii. Et ratio est, quia ipse habet legitimam administrationem, et potest exercere jurisdictionem, quae competet episcopo titulado, ut tenent archidiaconus in cap. *Nemo deinceps*. De election. in 6; Innocentius, in cap. *Si constituit*, De accusat.; Cardinalis, in *Clementin.* ult. De procuratorib., q. 12.

(11. Praelati episcopo inferiores, quamvis habeant territorium separatum, et jura episcopalia, de jure non debent, nec possunt exigere charitativum subsidium. Sic censuisse sacrum congr. Episcop., in una *Nullius Altamura* 14 Maii 1697, refert Monacell., par. I, tit. 1, formul. 1, n. 42. Quoad autem praelatos seu abbates habentes territorium et diocesim, et quibus subsunt ecclesiae pleno jure, affirm. tenent Ventriglia, *loc. cit.*, n. 24; Meroll., *Theol. moral.*, part. III, disp. 7, cap. 5, dub. 21, n. 400 et seq., et videtur id tenere Barbosa, *loc. cit.*, n. 10; Monacell., *loc. cit.*, dicens in indice: «Nisi habeant territorium separatum et jura episcopalia,» et alii: Quia, ut dicunt, ipsi habent vere proprium territorium, et diocesim, et jura episcopalia, adeoque possunt ab ecclesiis sibi pleno jure subjectis aequae ac episcopi, et alii supra dicti, charitativum subsidium exigere.

(12. Vicarius generalis episcopi non potest charitativum subsidium exigere, nisi de speciali mandato ipsius episcopi. Hoc enim nullo jure reperitur illi concessum, adeoque in generali commissione et mandato sibi ab episcopo tradito non continetur. Bellencin., *loc. cit.*, q. 21; Azorius, *loc. cit.*, cap. 13, qu. 5, verb. *Vicarius*; Barbosa, *loc. cit.*, num. 12; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 13, et alii passim.

(13. Patriarchae, primates et archiepiscopi sine dubio exigere possunt charitativum subsidium in suis respective diocesis, ex dictis supra n. 2. Illud tamen exigere non possunt in diocesis suffraganeorum, nisi alicubi id eis competeret ex legitima consuetudine; nullibi enim in jure reperitur id eis concessum. Barbosa, *loc. cit.*, num. 9; Bellencin., *loc. cit.*, q. 2; Azorius, *loc. cit.*, q. 5, vers. *Sed dubiae questionis*; Pirrhing, lib. III *Decret.*, tit. 39, n. 14; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 20, et alii passim.

(14. Episcopi alicuique supradicti, quibus competit jus exigendi charitativum subsidium, possunt ad illud solvendum compellere et cogere etiam per censuras clericos id dare nolentes seu recusantes. Sic Joann. Andreas in c. *Cum apostolus* 6, De censibus, n. 7, et ibi. Innocentius, Hostiensis, Butrius, Abbas, et alii, Bellencin., *loc. cit.*, q. 15; Layman, lib. III, tract. 3, part. I, t. III, § unic. *De subsidio charitativo*, n. 9; Azorius, *loc. cit.*, num. 3; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 21; Bellet., *Disquisit. cleric.*, part. I, tit. *De clerico debitore*, § 12, n. 25; Alexander de Nevo, cons. 59, n. 5; Barbosa, *loc. cit.*, n. 5, allegans alios, et Rotam in *noviss. decis.* 425, alias 23, quae incipit: «Item extra Rotam petebatur consilium;» et sic tenent etiam alii plures, arg. cap. *Cum apostolus* 6, De censibus, cap. *Conquerente* 16, De offic. ordinarii; Clementin. *Frequens*, De excessib. praetator.

(15. Ad hoc autem, ut episcopus vel alius possit subsidium charitativum exigere, debet intervenire manifesta et rationabilis causa necessitatis. *Communis*, textu expresso in cit. cap. *Conquerente* 16, De offic. ordinarii, ibi: «Si manifesta et rationabilis causa exstiterit,» et c. cap. *Cum apostolus* 6, § *Prohibemus*, De censibus, ibi: «Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quae aliquoties superveniunt, ut si manifesta et rationabilis causa exstiterit.»

(16. Quenam vero dicatur manifesta et rationabilis causa necessitatis, ut episcopus possit exigere subsidium charitativum, relinquatur arbitrio ipsius episcopi unacum consensu, vel saltem consilio capituli quod episcopus requirere tenetur, ut docent Joann. Andreas in cit. cap. *Cum apostolus* 6, De censibus, n. 8, et *ibidem*; Butrius, Innocent., Hostiensis, Bellet., *loc. cit.*, n. 8; Bellencin., *loc. cit.*, § 5, 10; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 6; Barbosa, *loc. cit.*, n. 26; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 34; Pignatell., tom. IX, consult. 142, n. 6, et alii per text. in cap. *Novit* 4, et cap. *Quanto* 5, De his quae fiunt a praetator.

(17. Si autem dubium et controversia sit inter capitulum et episcopum, an subsit sufficiens causa subsidium charitativum exigendi, vel quantitas petita, sit nimia et excessiva; tunc vel de consensu partium eligendi sunt arbitri, vel recurrendum est ad superiorem. Sic Bellencin., *loc. cit.*, quaest. 17; Azorius, *loc. cit.*, q. 4, § *In dubium vocatur*; Layman, *loc. cit.*, n. 9; Pirrhing,

loc. cit., n. 53; Barbosa, *loc. cit.*, n. 28; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 36, et alii cum Glossa, in c. *Cum apostolus* 6, De censibus, verb. *Rationabilis*, arg. cap. *Si clericus* 46, caus. 11, qu. 2. Et ratio est quia tunc solum potest episcopus ipse compellere et cogere clericos nolentes, et recusantes dare subsidium charitativum, quando causa manifesta est, arg. cit. cap. *Conquerente* 16, De offic. ordinarii, et cit. cap. *Cum apostolus* 6, § *Prohibemus*, De censibus. Non autem quando causa est dubia vel controversa, ut recte notant citati doctores, et alii.

(18. In specie tamen sufficienter rationabiles, et manifestae pro exigendo subsidio charitativo censentur a doctoribus potissimum causae sequentes. I. Expensae necessariae pro promotione, confirmatione et consecratione ipsius episcopi. II. Expensae necessariae pro solvendis debitis ab ipso vel suo antecessore contractis pro bono communi aut necessitate ecclesiae. III. Expensae necessariae ad visitanda limina apostolorum. IV. Expensae necessariae pro itinere ad concilium generale vel provinciale, ad Papam, imperatorem vel regem ob bonum commune diocesis vel ecclesiae universalis. V. Expensae necessariae pro adventu imperatoris, regis aut magni principis, praesertim si episcopus ab eo habeat regalia. VI. Expensae necessariae pro tuendis seu recuperandis juribus, actionibus ac bonis ecclesiae cathedralis, seu pro bono communi totius diocesis. Sic Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 30; Ventriglia, *loc. cit.*, a n. 9; Barbosa, *loc. cit.*, a n. 29, cum multis apud ipsos, et alii passim.

(19. Qui tamen communiter notant praedictas causas esse solummodo sufficientes in casu, quo episcopi redditus ad satisfaciendum eis non sufficiant, quia, si episcopi redditus in casibus praedictis sufficiunt absque subsidio charitativo, illud exigere nequaquam potest, cum deficiat necessitatis ratio, utpote conditio necessario requisita. Cit. cap. *Cum apostolus* 6, § *Prohibemus*, De censibus. (20. Et quod episcopus, qui habet congruam pinguem, quae excedat taxam a concilio praescriptam, illud non possit exigere, expresse respondit sacra congr. Concilii, in *Gerunden*. 17 Februarii 1663, et sacra congregat. Episcop., in *Policastren*. 16 April. 1697, referente clar. mem. card. Petrucci apud Monacell., tom. I, tit. 1, form. 1, n. 37.

(21. Quantitas subsidii charitativi cum non sit in jure definita, determinari potest et debet ab episcopo cum consilio capituli ex dictis supra n. 16, juxta exigentiam circumstantiarum, necessitatis, expensarum, reddituum, et hujusmodi. Menoch., *De arbitr. judic.*, c. 169, n. 4; Pignatell., *loc. cit.*, n. 12; Barbosa, *loc. cit.*, n. 37; Bellet., *loc. cit.*, n. 14; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 32, et alii communiter, arg. l. *In fundo* 30, ff. *De rei vindicat.* (22. Debet tamen ab episcopo semper taxari et exigi subsidium moderatum, ut tradunt communiter doctores,